

Corollule tubulata, sub florescentia pappo suo breviores, filiformes, æquales. *Limbus* æqualis crassitie, erectus non patulus, quinquefidus: laciniis acutis.

STAM. *Filamenta* quinque, tubo secundum longitudinem adnata. *Anthera* longa, cylindrica, sed limbo brevior, apice quinqueidentata, basi foras denticulos decem (unum utrinque ad singulum filamentum), acutos, fetaceos exferens.

PIST. *Germen* oblongum, copioso tomento vel lana erecta sericea germine longiore tectum. *Stylus* anthera longior, filiformis. *Sigma* simplex, obtusum.

PER. *Calyx* immutatus.

SEM. sericeo-lanata, coronata pappo erecto, plumoso, basi quasi monophyllo, longo.

REC. inæquale, paleaceum; *paleis* ubique basi inter se connatis, varie laciniatis, lacinulis sæpe fetaceis.

Color flosculorum purpureo-cæruleus, sed flos pappo semper prægnans fructifer videtur.

Floret Julii initio.

Licet radio careat species hæc, summo tamen jure genas *Atractylidis* videtur intrare posse ob (a) faciem (b), involucrium (c), Semina (d), pappum & (e) maxime receptaculum, quibus notis antecedenti speciei bene convenit, solam differentiam agit radius exclusus & pappus flore longior, calyxque inermis.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

COTULA.

43. *COTULA aurea* foliis pinnatim fetaceis, caulis pro-cumbentibus.

Chamæmelum aureum peregrinum, capitulo sine foliis. *Baub. hist.* 3. p. 119. fig. bona.

Chamæmelum luteum, capitulo aphylo. *C. Baub. pin.* 135. *Tournef. inst.* 494.

Radix alba, simplex, dein fibrillosa, sat profunde descendens, annua.